42

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

DE

HÆMORRHOIDUM PRÆSERVATIONE,

QVAM,

AUSPICE DEO PROPITIO,

Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

PRORECTORE MAGNIFICO

N. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR. COLLEGA, SOCIET. REG. BORUSS. SCIENT. SODALI, ETC.

FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQVE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQVE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXVII. D. JUL.

PUBLICAE AC PLACIDAE ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET

RESPONDENS

JOH. MICHAEL SCHWARTZ,

POSONIO-HUNGARUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.

VIRO
EXCELLENTISSIMO CONSULTISSIMO
atque EXPERIENTISSIMO
DOMINO
CAROLO OTTO[illegible]
MOLLER,
PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCT[illegible]
INCLYTORUM COMITATUUM ZOLIENSIS THURO[illegible]
SISVE PHYSICO ORDINARIO,

NEC NON
LIBERÆ, REGIÆ, MONTANÆQUE CIVITATIS
NOVISOLIENSIS SENATORI AMPLISSIMO,
AC PER PLURES REGNI HUNGARIÆ COMITATU[illegible]
PRACTICO CELEBERRIMO.

PATRONO ET FAUTORI SU[illegible]
SUMMOPERE VENERANDO

DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM
SACRAM ESSE VOLUIT
RESPONDENS



PROOEMIUM.



Orbos imminentes mature intercipere prudentis Medici officium, illorum invasiones vicissim expectare & tolerare levis, securi & negligentis animi index est; quapropter omni sane tempore in foro Me-
co opportuna ægritudinum præoccupatio & pro-
ta & commendata fuit: facilius enim est debilio-
s morbosas invasiones aut accessiones avertere,
iam morbos, qui semel fixam sedem ac radicem
rmarunt & occuparunt, expellere, *Turpius enim eji-
ur, quam non admittitur hospes:* Hoc officium in Me-
cina morborum Præservationem complectitur,
iam magnis titulis *Galenus in lib. de Sangv. miss.* infi-
iter extollit: hæc etiam *Ammiani in Platina dialog. 3.*
ntentia est, quando eloquitur: *Valetudinem prospe-
m retinere omnibus optabilius est, quam recipere pereun-*

 tem:

tem: Hæc egregia ars morbi actualem aggreſſion haud permittit, hinc *Helmontius tr. de Lithiaſ. c. 7. n Præſervationem futuri morbi præcautionem* nominat: re itaque alii medici *Lindenii* judicium de præſervatio quam in *Exercit. XIII. §. 342.* profert, reprehendu neque male *Rodericus Fonſeca in comment. in Lib. Hipp Lege* illos carpit, quo opportuna tempora, quibus dui morbi facile & mature præſcindi poſſunt, ne gunt: ex eodem momento tantæ præſtantiæ, c Prophylaxis, quam *Galenus* porro *in arte parva cap.* commendat & explicat, coruſcat, illam *Caſp. Re Camp. Elyſ. qu. juc. Qu. 98. quod morbi potius ſint præ vendi, quam curandi*, ut & *Bravo in tr. de Medicinæ d maticæ præſtantia p. 165.* ſub Quæſtione *utrum Medici n nus ſit morbos præcavere?* concelebrarunt: Et cui n optatius fuerit opus, quando ingruentia pericula tempore declinantur, quam ſi ſemel occuparunt, inde interdum plane non averti poſſunt: hinc *Dem des apud Anton. in Meliſſ. P. I. Serm. 56.* elocutus eſt: *M jorem Medicis deberi gratiam, qui ingruentem morbum cent, quam ſi jam præſentem expellerent; magis qui optandum eſt omnino non pati, quam a Paſſionibus libera* Quam celebris hæc Prophylactica eſt ars, ut omniu probatorum Medicorum applauſu inclareſcat, tam niſtre aliquando ſine diſcrimine & judicio eadem ercetur, quam propterea periti artifices iterum prehendunt *vid. Bohnius de Offic. Medic. Duplic. Part. I. c 9. p. 195.* Quamobrem nonnunquam ab imperitis pr ſervationibus, ipſi illi morbi, aut nocivæ alterat nes, invitantur, quibus præoccupandis manus a

mc

nota fuit : Quare error committitur, si quidam præservatoria methodo contra morbum pugnant, qui tamen haud imminet, si morbum intercipere volunt, qui tamen nullus morbus, sed salutaris Naturæ actus est, si serius morbum avertere suscipiunt, quando ipse jam fixam sedem in aliquo obtinuit loco & subjecto, si immoderata præservatione, morbus irruens magis invitatur & acceleratur, si methodus ceteroquin plane inconveniens est, quæ morbum non attinet, aut si morbus & præservatio specie discrepant, si præservatoria methodo alias salubres functiones turbant, supprimunt, aut confundunt, si insufficienter præservationem administrant, si illam citra ullum ordinem, adeoque cæco quodam ausu perficiunt, si etiam eandem extra opportunum tempus instituunt & incongruo rigore urgent, si plane suspectam aut morbo deteriorem præservationem suscipiunt: si cum tali prophylactica methodo aliam & peregrinam sive novam causam morbi exasperant, ut profligando & præscindendo alicujus morbi invasionem, alium morbum introducant, testimonio præservandarum febrium in plethoricis per regimina & medicamina diaphoretica, unde pertinaces congestiones, sanguinis ebullitiones, spasmi &c. loco Febrium ingruunt: si ad averrendos periculosiores morbos sub præsentibus lenioribus & mitioribus affectibus præservationes tales instituunt, quæ præsenti affectioni præjudiciosæ existunt: &c. ex quibus singulis respectibus facile liquet, quod salutaris Præservatio a judicioso & perito Medico sub exquisitis legibus

& regulis dirigi debeat: Ex prædictis vero diversi circumstantiis & considerationibus illam tantum hoc loco seligo, quod quandoque præservationes quædam cum magno Naturæ præjudicio suscipiantur, quando v. g. juniores plethorici homines spontaneas salutares Narium Hæmorrhagias experiuntur, quas alii interdum præter necessitatem valde inimicas esse judicant & expavescunt, hincque mox V. Snibus futuram illarum continuationem intercipiunt, adeoque a naturali libero processu Naturam seducunt & artificialibus talibus tentaminibus subjiciunt, inde eandem tam in hoc negotio æstimandi & dirigendi abundantiam sanguinis, quam in reliquis aliis ad vitam & sanitatem spectantibus officiis, languidam, otiosam, securam, obliviosam & confusam reddunt; ob id etiam vires naturales successive enervantur & subjecta talia per præmatura sollicita & scrupulosa officia artificiosa ad præmaturam mortem disponuntur: Consultum itaque est, ut nonnullæ moderatæ actiones naturæ relinquantur expediendæ, ne ipsa penitus rerum extraordinariarum insueta, in extraordinariis tandem supervenientibus periculis facile necessariarum functionum administrandarum vel inscia, vel tædiosa, vel timida, citius succumbat: Tam sensibilis enim sæpe humana est Natura, ut citius adhibitæ artificiosæ methodo obtemperet; quapropter aliæ etiam Hæmorrhagiæ V. Snibus usurpatis ita auscultant, ut citius acquiescant: quare V. Snem & scarificationem Mensibus fluentibus administratam, nocivam observavit *Gabelchoverus Cent. 4. Cur. 92. p. 215.*

Fe

Forestus, *Sennertus* &c. quibus quotidiana experien-
ia variis exemplis suffragatur: quamvis quidem pru-
lens & peritus Medicus nunquam ingruentes mor-
bos expectare possit, sed si potest illos opportune a-
vertere debeat, tamen perinde præjudiciosus ausus
est opera quædam naturæ salutaria & necessaria pro-
miscue sub falso tali prætextu, quod morbum consti-
uant, præservare & præscindere velle: cum hic et-
am valeat, quod duo cum faciunt idem, non idem
emper sit, respectu scopi & effectus: neque propter-
a etiam quenquam illa circumstantia ad ambiguam
alem præservationem tentandam impellere debet,
uoniam interdum ejusmodi actus aliquam molesti-
m secum ferunt, inde enim Menstruus fluxus, qui
epius diversis subjectus est molestiis, menstruis V.
nibus præservari posset, quod conamen vero subri-
one dignum & ab omni regula rationalis artis alie-
um est: idem itaque de diversis aliis singularibus
aturæ operibus sentiendum esset, velut de annuis
lutaribus evacuationibus, de criticis excretionibus,
e aliis aut superfluarum aut inimicarum substantia-
m expulsionibus &c. Speciali vero annotatione
gnum esse existimamus negotium Hæmorrhoida-
, quod sicut discrepantibus judiciis expositum esse
bservatur, ita tanto major cura habenda est, quo di-
ersus etiam illius gradus & status ex vero & certo
nofcatur: & dum molestiæ aut anomaliæ, quæ il-
d aliquando comitari solent, facilius aliorum ani-
um opplent, & male sentientium judicia aut præ-
dicia inflammant, ita cordatus & æquus arbiter in
hoc

hoc processu ad minimum de eo imprimis sollicitus erit, ut firmam & securam inquirat methodum, qua Hæmorrhoides aut coerceri & subjugari, aut promoveri & sublevari, aut a pravis qualitatibus immunes teneri & liberari debeant: Inter alias magni momenti practicas quæstiones illa etiam est, an non hæmorrhoidales invasiones penitus arceri & præoccupari queant, ne tantæ servituti, cujus salubris vel insalubris usus non statim liquet, quisquam subjiciatur: quam sollicitudinem illi præcipue fovent, qui cum processu hæmorrhoidali inter spem & metum fluctuant: Hæc meditatio hac occasione animum nostrum permovit, ut Inaugurali themate illam observationem practicam de HÆMORRHOIDUM PRÆSERVATIONE perlustrandam & explicandam selegerimus, quo ipso labore reliquum delicatum & intricatum hæmorrhoidale negotium illustrare & ad meliorem & uberiorem notitiam commendare voluimus: Cui proposito itaque ut divina Clementia annuat, idque exoptato successu foveat & promoveat, est quod in limine devotis precibus contendimus.

§. I.

H*Æmorrhoidum Præservationem* præsenti Themate explicantes mox in atrio non tam verba tituli, quam *reale* argumentum, in titulo hærens, illustrabimus: Haud itaque de præoccupando *frequenti* Hæmorrhoidum *recursu*, neque de intercipiendo *excessivo* illarum fluxu, neque de præscindendo *anomalo* earum successu & decursu, neq

prævertendis *doloribus* & *molestiis*, quales sæpe Hæmor-
oidum processui se sociant, neque de anticipatione *vi-
riarum* hæmorrhoidalium eruptionum, alias *suppressas*
æmorrhagias consequentium, neque de avertendis
nptomaticis Hæmorrhoidibus, neque de abigendis *in-
litis* hæmorrhoidalibus eluctationibus & eructationibus,
que de præveniendis *moliminibus* tantum hæmorrhoi-
libus, ut *actualis* fluxus *liberiori* procedat cursu, ne-
ie de *cæcis* solum Hæmorrhoidibus avocandis, neque
: una alterave *suspecta* illarum qualitate præoccupanda,
eque de *præmatura* illarum invasione, vel *diuturna* dura-
one, vel *consuetudinali* conditione, vel *hæreditaria* com-
unicatione, vel ominosa *complicatione*, vel repentina
ppressione avertenda, nobis hoc themate disserere ani-
us est; sed potius de *absoluta* Hæmorrhoidum præser-
tione tractare hoc loco constituimus, ut videlicet in
li subjecto, cui motus *hæmorrhoidales imminent* & *eminus*
ntingunt, *nunquam* aut *ulterior* conatus, aut *actualis* qui-
m fluxus eveniat: in qua consideratione *implicite* hæ
æstiones practicæ hærent 1) an Hæmorrhoides *omnimo-
averti* & præservari possint, 2) an *consultum* & *salubre*
illas ita *absolute* præoccupare & extinguere: 3) *quando*
ec præservatio locum inveniat: 4) *quibus mediis* illa
lministrari queat, 5) qua *methodo* denique eadem per-
ci debeat: Singulæ hæ quæstiones valde *præjudiciales* &
ti præsentis Dissertationis argumento perquam *suspe-
æ* illis videri possent, qui nimis *benigne* & *promiscue
ne* de negotio hæmorrhoidali judicant, quando tot
eciosas, *splendidas*, pretiosas & fructuosas promissiones
x *veterum* attenta *prima* observatione & *ulteriori* poste-
tatis accurata confirmatione de eodem annotarunt;
uam ob rem *aureas* eas venas & aureum illum fluxum,
b eximiam, quam afferunt *utilitatem*, nuncuparunt, si-
uidem teste *Salmutho in Comment. ad Panciroll. Lib. 2. tit.*

13. res *magni pretii* ac emolumenti *antiquiores auro* dignas auro chariores, auro comparandas, vocarunt: quam o rem illis rectius *vitio* vertendum esset, qui actionem *salu brem* intercipere, obruere & *supprimere* cogitant, cum re ctius *omnis* actio bona & *utilis adjuvanda* & ad tempesti vum, sufficientem & liberum successum dirigenda & pro movenda esset: in *quantum* vero hæc deprædicatio & æ stimatio Hæmorrhoidum *locum* inveniat & *quo usque* il se extendat, ex reliqua præsentis thematis deductior inclarescet: nos in hoc limine hujus tractationis *neq* præservationem illam *laudamus*, neque *condemnamus*, se nonnullis *præliminaribus* considerationibus viam ad *jud cium* aliquod formandum paramus: ob id præsens tit lus de Hæmorrhoidum præservatione conspicuus in *a stractiori* adhuc sensu hanc observationem ventilanda & decidendam proponit; unde ante allegatæ quæsti nes *practicæ specialiorem* hujus thematis sensum submir strabunt. Quemadmodum porro *Præservatio* non in *merario* quodam ausu, sed *rationali* salutarium consilioru & auxiliorum usu ex parte consistit, ita per Hæmorrho dum Præservationem non intelligimus aut illarum *cau rum* ad hunc fluxum disponentium audacem *suppress nem*, confusam *retropulsionem* & qualemcunque aliam in portunam & *inopportunam* aggressionem, aut ipsoru motuum & fluxuum hæmorrhoidalium imperitam *t bationem*, aut temerariam suppressionem, qualis actio quidem *Medicæ* directionis & Præservationis nomine gna censenda esset: neque infrequens in choro nonn lorum Medicorum, præcipue vero *Medicastrorum* conatus, quando *initiantes* motus hæmorrhoidales, comminantes eruptiones Hæmorrhoidum in *proximiis* cis hæmorrhoidalibus, comparent, ut confestim cum nimentis, unguentis, emplastris, fomentis, suffimigiis siccantibus, repellentibus, adstringentibus, refrigeran

b

bus, *coerceantur* & cum magno vitæ ac ſanitatis *præjudicio* ac detrimento *turbentur*, ut abhinc graviſſimi affectus pendeant, qui *ſuffocato* huic negotio hæmorrhoidali ſuas debent *origines:* a quibus auſibus omnis prudens & peritus Medicus ſollicita *abſtinebit* cura; ob id conſultum eſſe duximus, ut talia tentamina a rationali & *methodica Præſervatione* diſcernamus, quo præſentis tituli nervus majori luce radiat.

§. II.

Præſervationem Hæmorrhoidum qui *utilem* & *neceſſariam* eſſe exiſtimant, ab *illo latere* totum negotium *hæmorrhoidale* intuentur, quo varia *incommoda*, cruciatus, furores, dolores, imo *nocumenta afferre* annotantur, unde tam *dirum* affectum tolerare & non omnibus viribus *expugnare* velle, religioni ducunt, quin potius *æquo*, ut opinantur, judicio concludunt, quod ille affectus omni modo profligetur; hinc veteres *igne* & *armis* furentibus Hæmorrhoidibus reſiſtere non ſunt veriti: quapropter multi in hujus fluxus ſcrutinio oculum dirigunt vel ad *exceſſivum* illius ſucceſſum, vel ad conjunctos *cruciatus*, vel ad *defectivum* ejus ſtatum, cum quo multæ *moleſtiæ* conjunctæ ſunt, quam faciem Hæmorrhoidum præcipue explicavit *Frommannus Tr. de Hæmorrhoidibus Part. 1. probl. 48. 49.* Et quamvis aliqui ex priſcis medicis varias *utilitates* fluxus hæmorrhoidalis annotarint, tamen *ſiniſtri* illius decurſus *potiori* ſtudio ab iisdem etiam tractati conſpiciuntur, adeo ut, ſi v. g. *Hippocrates* per fragmenta paſſim Hæmorrhoidum ſalutarem effectum deprædicat, in primis *Lib. 3. de Humoribus*, *Lib. VI. Epid. Sect. 3. Aphor. XI. ſect. 6. Aphor. 31. Sect. 6. Coac. prænot. Sect 3.*, nec non *Galenus Lib. 3. de humoribus com. 26 de morb. vulg. Lib. 6 com. 3. & præcipue in Lib. de curat. per Sangv. Miſſ. adv Eraſiſtr. cap 5. dicat:* quod *Hæmorrhoides ſervent hominem ſanum*, tamen prior in *Libro de Hæmorrhoidibus* peculi-

 ari

ari instituto *morbidas* afflictiones cum hoc motu hæmorhoidali *connexas* exponat, posterior vero *Sect. 4. aph.25.* evcuationi per Hæmorrhoides naturam non *adsvefacienda* esse judicet *& lib. 9.* Meth. Med. *cap. 10. & Lib. 3. Fac. Nat.* varios arduos *morbos* ex *prodigis* Hæmorrhoidibus evenentes commemoret; sicut *Aetius tetr. 3. Serm. 2. cap. 5.* dic quod *Hæmorrhoides deformitatem & miseram vitam indcant:* proinde *parallelam* observationem a veritate hau abludere, multi tam hæmorrhoidali processui faventes quam *infensi*, annotarunt, quod videlicet fluxus hæmorhoidalis cum aliquali *euphoria* & salubritate conjuncti non *sine omni* vexa & molestia decurrat, deinde variis *riculosis* alterationibus subjectus sit, ut propterea tale *mostum* & *anceps* commodum consultius *avertatur* & præccupetur, quam expectetur & toleretur; subinde iterum *riis* subjectis valde *incommodum* & nocivum est, si hæmrhoidalis fluxus *insufficienter* decurrit, *ægrius* erumpit, nudo *molimine* subsistit, aut plane *suppressus* est, hinc irum *ratione* magis conforme est, si prudenti & secura pservatione, *totus* processus hæmorrhoidalis avertitur subinde natura in hoc *intricato* negotio sublevatur: qu posteriorem *therapbevticam* operationem magis *artifici* directionibus obtemperare confidunt, quam *sensibile* in varias arduas & *periculosas* alterationes valde procli motus hæmorrhoidales efficere solent: quamobrem q dam Medici illud consilium capere possunt, ut, dice *Frommanno l.c. Part.II. probl.4. p.228. satius esse existiment guini laudabili & puro, copia saltem peccanti, aliam per v cujusdam sectionem viam monstrare, & istam*, videlicet Hæmorrhoides, *negare:* quo loco *cit. auth.* quæstion ventilat *an omne recens profluvium seu hæmorrhoides rece omnes mox sistendæ*, quæ quæstio, cum illa præsenti mati magis quadrante, conciliari potest, quando alleg

au

ıthor *loc. cit. probl. 5.* quæſtionem proponit & decidit, *an Medicus præſervare hominem ab Hæmorrhoidibus queat?* Inte- ea *Platerus in Praxi*; ubi de *Hæmorrhoidibus* tractat, referen- *Boneto in Polyalthe Lib. 4. c. 32. p. 664. n. 14.* dicit: *fluxus hic iamſi non ſit conſuetus uti menſtruus ac pro inde illis, quos pri- um invadit moleſtus ac faſtidioſus, impediri tamen, nec ſup- rimi ullo modo debet, cum natura per utiles & neceſſarias e- acuationes moliendo morbos imminentes ſæpe avertat, præſen- ſque curet*, neque denique *aliorum* Medicorum conatus ræſervandi Hæmorrhoides incogniti ſunt, è quibus hoc co *Riverium, Rondeletium, Meibomium, Sebizium* &c. an- otare placet, qui be *præſervandis* Hæmorrhoidibus ſuam poſuerunt mentem. Quibus *ſuffragiis* ad minimum hoc co indicare & confirmare voluimus, quod *varii* Hæ- orrhoidum ſtatum *ita* aliquando comparatum eſſe de- ehendant, quo illarum *præoccupationem* & *utilem* & *ne- ſſariam* eſſe judicaverint: an tamen ita *abſolute* conſul- m & neceſſe ſit Hæmorrhoidalem proceſſum *avertere*, quo non niſi mala & *incommoda* ex aliquo *præmaturo* me- , angore & horrore præſumuntur & expectantur, an vi- ſſim *magis* ſalubre ſit, *acceſſum* Hæmorrhoidum in *juſtum* cceſſum convertere, ex *reliqua* præſentis thematis expli- tione quadantenus inclareſcet.

§. III.

Antequam vero præſens thema ſpecialiori cura ex- icemus, utile eſſe judicamus, ut *generalem* adhuc *præpa- tionem* ad negotium *Hæmorrhoidale* recte *agnoſcendum*, udenter *dijudicandum* & perite *tractandum* ſubminiſtre- us: priusquam itaque *deciſum* de Hæmorrhoidibus *æſervandis* formetur, neceſſe omnino eſt Hæmorrhoi- ım *indolem* recte cognoſcere & diſcernere: Quare mul- m intereſt in *hiſtoria rei* & *facti* certitudinem quandam ſſidere; nam ſi quis differentiam *Colicæ* bilioſæ, flatu- ntæ, nephriticæ, hyſtericæ, pituitoſæ & hæmorrhoida-

 lis

lis, nec non discrepantiam *Fluxus hepatici, Lienterici, dys[...] terici, diarrhœæ biliosæ, tenesmi* &c. a fluxu & motu *hæm[...] rhoidali* non rite intelligit, is in decidenda hac obser[...] tione, de præservandis Hæmorrhoidibus vix prosper[...] faciet progressus; etenim qui *Hæmorrhoides* vult præs[...] vare, non errorem *in persona* comittere debet, ne *pe[...] grino* affectui *injuriam* inferat: Quoniam itaque nego[...] um hæmorrhoidale etiam *triplici* singulari respectu *int[...] catum* est, dum aliquando plane *alterius* indolis ac spec[...] affectus *aliqualem* Hæmorrhoidum *similitudinem* as[...] munt, aut dum *verum* specimen hæmorrhoidale cum [...] *liis* sonticis affectibus præjudiciosam *complicationem* su[...] ex qua illud evenit, ut qui *Hæmorrhoides* præservare co[...] tendit, ille *connexum* alterum affectum vehementer [...] fendat; aut dum *imminens* hæmorrhoidalis process[...] quoad *speciales* suas circumstantias, rectius *promoven[...]* & in *ordinem* congruum convertendus, quam *averten[...]* & *cohibendus* est: Utut enim motus hæmorrhoidales [...] *primo* suo accessu, vel *futuro* suo recursu & decursu *m[...] stias* quasdam modo graviores, modo leviores facess[...] solent, propterea tamen *absolutam* illorum præoccu[...] tionem decernere velle, *haud salubre* est conamen: e[...] nim in hac circumstantia *illi* motus cum *menstruo* fœ[...] narum uterino purgamine aliqualem *conformitatem* [...] bent, quod posterius *eapropter* minime *præservari* & av[...] ti debet, quando *molestis* quibusdam qualitatibus sti[...] tum esse videtur: hinc in tali rerum facie *Medici* off[...] um est, ut *irregulares* conditiones præservet & *salutar[...]* talem fluxum in *congruum* ordinem convertat; im[...] mis quando prophylacticus ille scopus quoad omnes [...] spectus valde *anceps* esse compareret, ubi sane in gen[...] magis *probata* via seligenda esse videtur, quam quæ [...] *dubia* existit: Tanto magis attento ac judicioso animo [...] vertendus & æstimandus *ille* est negotii hæmorrhoid[...]

sta[...]

tus, quando hoc *tacite*, *sponte* & *moderate* accedit, cujus
loles *benignior*, flexilior & lenior perinde existit, ut ob
ncurrentes *tolerabiles* molestias aliud *rigorosum* & *prae-
liciosum* conclusum ac decisum formare nulla solida &
ens suadeat ratio: unde pensitata hac circumstantia
icium de *praeservatione* Haemorrhoidum aliqualem *li-
ationem* & suspensionem promeretur: Postulant ita-
e tales motus haemorrhoidales *prudens* directorium;
oniam *immoderatius* aliquando ingruentes, in *aequio-
r* viam ac ordinem duci possunt; *lenius* & *ordinatius*
issim accedentes ab *imperita* manu adeo offendi *facile*
ssunt, ut ominosus *anomalus* Haemorrhoidum status
sequatur: qui itaque *indiscriminatim* praeservationi
emorrhoidum favere mallet, ille *hactenus* allegatas cir-
nstantias minus condigne & *judiciose* pensitasse videri
est: Quemadmodum porro illi evidentem & crassam
praxin committunt, qui minus *judicioso favore* haemor-
idale negotium prosequentes, hoc *citra* ullam ratio-
n & necessitatem *urgere* & promovere vellent, quia
nonnullis subjectis illud *salubre* deprehensum fuit: ita
inde omni *sobrio* judicio practico repugnaret, si alii
m negotium *nimium expavescentes*, perinde citra ul-
urgentem rationem Haemorrhoides *praeservare* vel-
t, ubi nulla *propensio* ad Haemorrhoides praesto, aut
illa signa, quae de haemorrhoidali *prosapia* esse credun-
alterius sunt conditionis & connexionis: ex quo u-
que *perverso* practico ausu non nisi *sinistri* & periculosi
ctus ortum trahere possunt & solent: Prout porro o-
is praeservatio *mature* & *opportune* institui debet, ita
issim *praecipitantia*, in prophylactica methodo com-
sa, omnem *salutarem* scopum invertit: quae admoni-
ad praesentem considerationem applicari debet:
odsi enim prudens artifex *justum* temporis terminum
ectaverit, tunc *interea* paulo facilius perspicere & *ju-
dicare*

dicare poterit, an ejusmodi præſervatio *locum* inveni
an minus: etenim ſi ſemel *inconveniens* & *præjudicioſi*
quid in negotio hæmorrhoidali perpetratum fuit, tu
illud adeo facile & perfecte *emendari* & redintegrari *ha*
poteſt: Quos ſingulos generales reſpectus in præſe
practico officio, circa Hæmorrhoidum præſervation
occupato, commendare placuit.

§. IV.

Convertimus nos jam ad *ſpecialiorem* præſentis t
matis explicationem, & *quæſtiones ſupra* propoſitas nu
ventilandas: Prima itaque illarum fuit, an Hæmorrhoi
poſſint *in totum* aut abſolute præſervari, ut videlicet in
ſubjecto, cui ipſæ imminent *nunquam* erumpant: hæc q
ſtio *connexam* continet parallelam aliam: an etiam m
mina hæmorrhoidalia, quæ alicui ſubjecto *ſupervenire*
dentur, averti, extingui & ita *præoccupari* queant, *ut n*
quam amplius revertantur? Utraque *quæſtio affirmat*
ſententia decidi poteſt; ita quidem, ut *interdum* fluxus h
morrhoidalis *præſcindi* queat, licet in *futurum* interd
molimina hæmorrhoidalia, inſultent & revertantur:
in hoc etiam ſcopo nonnunquam illi acquieſcunt, qui
nus benevole de Hæmorrhoidibus ſentiunt, *ſperantes*, ſi
do *actualis* fluxus *avertitur*, tunc fore, ut *connexa* le
ut opinantur, pathemata facile etiam mitigari & *extir*
queant: hinc de hæmorrhoidali negotio non *niſi male*
alio vero *ſuſpecto* tentamine medico, Hæmorrhoidi
interdum valde *præjudicante*, non *niſi bene* judicant, e
ſo tamen craſſum & apertum ſuum *præjudicium* facile
dunt: interea aliquando illa *molimina* hæmorrhoidalia
am *ita averti* poſſunt, ut in *futurum* nullus amplius ſt
motus & *apparatus* evidens hæmorrhoidalis occurrat: C
re talis Præſervatio aut *male*, aut *bene* ſuccedere pot
Quod vero in *genere* motus hæmorrhoidales *præoccu*
queant, ex ſequenti elucefcet demonſtratione: eteni

æmorrhoides *coacte*, aut *libere* ingruunt, ubique tamen *us* habent causas; quodsi itaque *tempestive* tales causæ *re-vocantur*, aut *alia* methodo vel *dextre*, vel *sinistre* tracten-r, tunc *totum* negotium hæmorrhoidale *longe aliam* re-m faciem induit: inde est cur sub *sinistra* Hæmorrhoi-m diversione interdum *tales* consequentes oriantur ectus, quos hæmorrhoidalis negotii osores & *persecuto-* cum Hæmorrhoidibus neque *cohærere* credunt, neque os, secundum *hunc* nexum *perite* tractant, unde semper *va* morborum schemata eliciunt, quæ a *peritis* medicis cile in *corrupta* sua indole agnoscuntur, & si adhuc occa- & opportunitas temporis favent, tunc *depravati* tales ectus juxta *primam* suam originem & nexum cum hæ-orrhoidibus tractati *evidentius* mitigari, & plus, quam cundum priorum *perversam* & *infensam* methodum cor-gi & sublevari, si non penitus curari possunt: de hac editatione *conf. dispp. Illustr. D. D. Stahlii de Metaschema-tismo Morborum*, *de Morbis Consequentibus*, *de Morbis ruptis:* Quando itaque in processu hæmorrhoidali quo-*causas*, ad hoc negotium disponentes, præcipue ratio benda est molestæ sanguinis *plenitudinis*, quæ inprimis *hypochondriorum* & reliqua abdominis regione aut *diffi-ius* progreditur, adeoque variis suspectis *stagnationibus* bjicitur, aut ob alias causas in hasce regiones *copiosius* nvocatur, indeque ad talem *difficilem* progressum invi-tur, aut quando desuper sanguis copiosus molesta qua-m *spissitudine* laborat, ut propterea iterum in prædictis gionibus ægrius *liberum* & æqualem circulum servare, que reliquis ad vitam & sanitatem utilibus & necessariis nctionibus inservire queat, hinc contingit, ut *motus* æmorrhoidales *irruant*, qui in *affectis* hisce viis & regio-bus *salutarem* & necessariam sanguinis *imminutionem*, scerum vicinorum *depletionem*, & connexarum functio-um *æqualiorem* successum *promovere* contendunt: hoc

C cogni-

cognito, non impossibile erit *molimina* & fluxus hæmorrhoidales *præscindere*, modo *prædictæ* causæ principales & reliquæ impulsivæ, aut occasionales *tempestive* emendentur, aut plane *evitentur*, sic *vix facile frustra* illi hæmorrhoidales motus insultabunt, ni aut *hæreditaria* quædam dispositio, aut *consuetudo* in hoc negotio acquisita concurrant, quibus *utrisque* tamen respectibus *ita* medicus *alia* methodo *obviam* ire potest, ut nihilominus *novæ* hæmorrhoidales invasiones *quadantenus* *averti* queant; an vero *hoc tentamen bene* aut *male* succedat, de *eo* hoc loco *non* disceptabimus, sed hanc propositam quæstionem tantum *in thesi* & *extra* applicationem decidimus: si itaque in arti *potestate* est modo humores *superfluos* educere & imminuere, modo *motus* a *certis* locis avocare, divertere, revellere *derivare*, discutere, aut lenire, sedare, repellere &c. modo *causas* ad certos affectus disponentes declinare, *removere*, aut ne *unquam* contingant, *avertere*, subinde etiam *motus*, cum hisce causis *connexos*, ne *unquam* corripiant *averruncare*, ita non modo *pragmaticum* & *possibile* est Hæmorrhoides præservare, sed & *certis* methodis, usibus & officiis medicis id conforme existit: siquidem in foro Medico varii generales & speciales *parallelismi* occurrunt, qui *præservationem* Hæmorrhoidum *possibilem* tuentur; quo loco tantum ad statum *plethoricum* provocamus, qui a *prudenti* Medico *ita* dirigi & tractari potest, ne in commotiones *hæmorrhagicas* transeat: si itaque a genere ad *speciem* argumentatio valet, tunc salva est præsentis quæstionis affirmativa decisio.

§. V.

Sed quoniam Præservatio *semper* salutaris esse *debet*, ita in *priori* illa quæstione ventilanda, non *promiscua* negotii hæmorrhoidalis *oppressio* intelligitur, quemadmodum dein *altera* quæstio *necessitatem* & *utilitatem* hujus præservationis *specialiori* studio inquirendam proponit

Frenii

tenim secundum *Hippocratis* adsertum natura eo sequi-
ır, quo ducitur, quare a *motibus* hæmorrhoidalibus &
vocari i. e. *leniori* methodo averti, & *seduci* i. e. *suspecto* &
inus salubri modo detineri & repelli potest: quo *sensi-
lior* enim in *hoc* negotio natura existit, eo facilius in
ntrarias potius partes proclivis est, aut in *alienas* vias
duci potest; quapropter in observatione medica ratum
confirmatum est, quomodo v. g. *narium* Hæmorrhagiæ
cile per repetitas V. Snes, in *pede* institutas, *extinguantur*,
: *haud* facile revertantur, aut quomodo *fluentibus* nunc
ensibus *V. Sio* administrata, id confestim efficiat, ut
enses *subsistant:* sicut itaque in talibus Hæmorrhagia-
ım speciebus *analogus* effectus & eminus & cominus
roduci potest, ita etiam Hæmorrhoides *alicui* præoccu-
tioni facilius obtemperant, quoniam *sensibilitate* & *fle-
litate* sua facile alias Hæmorrhagiarum species superant:
uo loco non possumus illud in Historia *Practica* obvi-
n singulare phænomenon præterire, quod sæpius *con-
a* hæmorrhoidalis negotii valorem & salubritatem ex-
piatur, quasi Hæmorrhoides *rarum* accidens, & non
si *antiquioribus* medicis magis *familiare* fuerint pathe-
a, hinc *hodiernis* temporibus & in *temperatis* aut frigi-
s climatibus de iisdem neque multum cogitandum, ne-
ue magnum promittendum, sperandum, aut metuendum
sse: inde contingit, ut sæpe *primitiæ* hæmorrhoidales
ıt prima molimina pro *nephriticis*, *colicis*, *flatulentis*, nu-
e *hypochondriacis* affectibus, aut *obstructionibus* Mesente-
i & vasorum sanguiferorum, per abdomen discurren-
um, declarentur, subinde vero sedantibus, adstringen-
bus aliisque *præjudiciosis* medicaminibus tractentur, un-
e mox in primo *tenero* & *sensibili* suo accessu Hæmorrho-
les *subjugantur* & avertuntur, ut in futurum *difficillima*,
ıt plane *nulla* illarum eruptio expectari queat: ex quo
hænomeno jam a *contrario* liquet, quod utique Hæmor-

 rhoides

rhoides *præoccupari* & intercipi *possint:* Quid quod hab *hæc præoccupatio*, præ *multis aliis* affectibus, imo ipsis *no nullis* Hæmorrhagiis hanc *prærogativam*, quod non mod per *varia interna* medicamina & experimenta, sed & p *externa*, quæ *immediate* locis hæmorrhoidalibus appl cantur, perfici queat: unde satis cognitum est, quomod (ut supra jam allegavimus) facile linimenta & unguen *repellentia* & adstringentia sæpe cum magno sanitatis *d spendio* ordinentur: tanto *facilius* porro hi motus hæmo rhoidales alicui *præservationi* subjacent, quo *sæpius illi* v riis *difficilibus* obnoxii sunt progressibus, inde etiam *il* oriuntur qualitates, quæ negotium illud *exosum* & *susp ctum* reddunt, ut post hac multi *illius* declinationem *præoccupationem* intendant & urgeant: & quemadm dum *Menses* facile per *diætæ* vitia offendi & impediri p sunt, ita & Hæmorrhoides vel *paululum irregulari* diæ obtemperant: siquidem alibi hic *Consensus* aut analo *Hæmorrhoidum* & *Mensium a D. D. Præside in tr. de Hæmor* peculiari dissertatione demonstratus prostat, *conf. Fr mannus tr. de Hæmorrh. Part. 1. probl. 30. an Mulierum p gationi hæc per Hæmorrhoides evacuatio æquiparan* Quod homo *sanus* ab Hæmorrhoidibus *præservari* po confirmat *cit. Frommannus Part. II. probl. ult. p. 500.* qu do dicit: *hominem integre sanum ab hæmorrhoidali mal in id aliquando incidat, facile præservari posse, dicimus, n sex rebus non naturalibus, ad tuendam sanitatem necess legitime uti pergat.* Quod vero vicissim Hæmorrhoi *symptomaticas* attinet, quæ in *certis* morbis invadun corripiunt, tunc *illarum* præservatio valde *anceps* est quidem nulla *evidenti* certitudine innotescit, an in *hoc alio* morbo Hæmorrhoides expectandæ sint: quare *v* ausus esset, si quis *levi* animo *citra ullam* necessitate cum facili *præjudicio*, morbo principali supervenie hunc fluxum præservare vellet.

§. I

§. VI.

Excipit jam *altera* & magis *practica* quæſtio ventilanda & decidenda, an videlicet & *neceſſarium* & *fructuoſum* ſit, Hæmorrhoides *præoccupare?* diſpeſcit hæc quæſtio ſe in *duplicem* propoſitionem; *prima* eſt, an Hæmorrhoides *ſuſpectæ, anomalæ* & *perniciofæ* præſervari debeant? *altera*, an Hæmorrhoides *ſalutares* etiam *propterea* averti, & aliis ſubſidiis, quæ magis directorio *medici* ſubjecta ſunt & obtemperant, compenſari & *ſublevari* debeant, quia vel *aliquas moleſtias* afferunt, vel *facile* cum magno damno *offendi* poſſunt: in utraque quæſtione peculiares quidam reſpectus obſervandi & dijudicandi occurrunt: Quod *priorem* itaque attinet, tunc illius deciſio vix difficilis eſſe videtur, ſiquidem *præjudicioſas*, nocivas & ſuſpectas Symptomaticas Hæmorrhoides intercipere velle, ſecundum dictamen *rectæ rationis* & moderamen *veræ obſervationis* in foro *Medico* & *neceſſarium* & *ſalubre* eſt, neque etiam *ſolidæ* experientiæ reſpondet, ut aliquoties monitum fuit, quod *omnis* motus & fluxus hæmorrhoidalis *promiſcue utilis* exiſtat, cum rectius *multi* caſus contrarium evincant: hinc prudentis & *periti* Medici officium eſt, ut negotium *hæmorrhoidale* non modo exacte *cognoſcere* & *diſcernere* diſcat, ſed & *ſolide* & circumſpecte tractare valeat: quam ob rem prima iterum *præjudicialis* quæſtio, quænam Hæmorrhoides aut *ambiguæ*, aut *inimicæ ſint*, recte decidenda erit, ne *ſalutaris* proceſſus hæmorrhoidalis *turbetur* & offendatur: quando itaque motus hæmorrhoidales ex *coacta* quadam cauſa & occaſione *imminere* videntur, v. g. ex frequenti *alvi* duritie & conjuncta laborioſa illius *expreſſione* & exoneratione, aut ex repetito *laxantium*, nec non motus hæmorrhoidales *ſtimulantium* uſu, ex immodico *venereo* exercitio, in *gravidis* ex impedito progreſſu ſanguinis per *confinia* hæmorrhoidalia, aut ex *aggravante* inteſtini recti

 oppreſ-

oppressione &c. &c. tunc *illos* optimo jure medicus *præse-vare* debet, siquidem *coactæ* tales Hæmorrhoides *rarissim* salutari gaudent decursu: præterea Hæmorrhoides incon-gruæ, i. e. *præmaturæ*, aut *serius* tandem invadentes, nun-quam *omnimode* innocentes, & *salubres*, sed *utplurimu* incommodæ & cum aliis *suspectis* affectibus & consecutio-nibus *connexæ* sunt; quare & *illas* peritus artifex *intercip-re* debet: quando porro Hæmorrhoides appropinquan-tes *nullis* circumstantiis in aliquo subjecto *respondent*, ne-que cum ratione temperamenti, ætatis, sexus, virium diætæ, vitæ generis congruunt, tunc communiter eæde magis *perniciosæ*, quam fructuosæ sunt, quas propterea le-gitime & *secure* præoccupare licet & decet: Quod etia *Fœminarum* Hæmorrhoides attinet, tunc *periti* Medici j-ste judicant, illas *ita* dirigendas esse, ne *Mensium* fluxui liquod *præjudicium* afferant, siquidem facile motus hæ-morrhoidales negotio *Mensium* evidentem & eminente *ataxiam* afferre & communicare possunt (id quod *Galen* jam de *cucurbit. scarif. cap. 10.* & ex eodem *Sennertus Pra* *Lib. 4. Part. 2. Sect. 2. cap. 3.* confirmarunt:) quare medici it-rum officium est, ut interdum *præjudiciosas* Hæmorrhoid in *Fœminis* præoccupet, & *Mensium* negotium in *justo* succe-su conservet: De *hæreditariis* etiam Hæmorrhoidibus co-stat, quod *utplurimum perversis* qualitatibus præditæ sin quæ illarum *salubritatem* destruunt & *graviora* incomm-da imo plane damna inferunt: quare iterum prudentis periti Medici functio est, ut *tales* etiam vexas hæmorrho-dales *legitime* & *secure* aut *intercipiat* & *præservet*, aut *su-cessu* talium Hæmorrhoidum ita dirigat, quo certior in *salutaris* effectus eveniat: qualiscunque etiam *alia* qua-tas Hæmorrhoides *vere suspectas* reddit, illa permittit *indicat* horum *securam* & circumspectam *præservationem* dum tales Hæmorrhoides vel *per se* perniciosæ existun

V

vel *inopportune* insultantes *noxam* quandam parere solent: quam ob rem *non omnis* Hæmorrhoidum præservatio *periculosa* & *perniciosa*, attamen non *in omni* Hæmorrhoidum statu *licita* & fructuosa, sed a perito Medico bene instruenda & *dirigenda* est: hinc plane nonnunquam in *quibusdam* morbis Hæmorrhoidum *accessus præoccupari* debet, siquidem *quidam* affectus ex Hæmorrhoidum *turbis* nati, quando ad *summum* ferme gradum pertigerunt, per *serius* recurrentem fluxum hæmorrhoidalem *citius lethales* redduntur.

§. VII.

Quod nunc *alteram* propositionem attinet, quæ in prædicta *secunda* hæret quæstione, an Hæmorrhoides *salutares* etiam *secure* præservari queant? tunc *non facile* tamen ausum medicus committat, quo *liberas* & *salubres* naturæ operationes *intercipiat*, siquidem in genere actio *naturæ moderata* & *spontanea* majori & *certiori* fructu gaudet, quam *artis* tentamina, quæ non modo in præsenti negotio naturam *emolliunt* & *otiosam* atque languem reddunt, sed & in *aliis ordinariis* functionibus eandem enervant ac *educunt*: Quodsi itaque qualitates, motus & processus hæmorrhoidales cum aliquo subjecto exacte *conveniant*, si placide ac *moderate* accedant & incedant, si nullis *coactis* ac crudis causis fuerint subjecti, si contigerint in hominibus alioquin *tranquillæ* indolis, si adhuc ab *aliis* offensionibus & *anomaliis* liberi fuerint, si non *aliæ morbidæ* afflictiones intercurrerint &c. &c. tunc *levia* concurrentia incommoda, aut *tolerabiliores* molestiæ, *eo* minime peritum artificem inducere aut adigere debent, ut *præservandis* talibus moderatis ac *salutaribus* Hæmorrhoidibus animum ac manum applicet: *talia* enim *naturæ* opera intercipere & *scita* arte immutare velle, *nunquam* consultum est: quanquam enim ejusmodi negotium hæmorrhoidale *extraordinarias* habeat causas, tamen operatio *naturæ* in eodem nego-

negotio extraordinarie bona, *utilis*, secura & officiosa ex istic, quæ subinde *eminens* testimonium de *laudabili* illiu activitate atque cura in conservando & præservando cor pore perhibet; in quo statu ipsæ Hæmorrhoides *exquis tam* Naturæ *salubrem* præservationem comprobant, qu *nunquam* turbanda aut offendenda est, dum in *genere* con grua *naturæ* opera præ *artis* conatibus splendidam præro gativam tenent: Quam ob rem peritus Medicus *prædicta rum* talium Hæmorrhoidum *accessum* non modo promo vere & *facilitare*, sed & illarum *legitimum* & ordinatu successum *dirigere* & adjuvare, omnia vero offendicula *anomalias* ab iisdem abigere & avertere debet, quo in ho *fructuoso* negotio natura faciles progressus faciat & cu reliquis, functionibus, vitæ ac sanitati inservientibus, *justo ordine* perennet: quam *vanus* enim atque pravus est conatus Menses *anomalos* penitus *præservare* velle, ut Me struus *nunquam* revertatur fluxus, tam *malus* etiam esset a sus Hæmorrhoides *moderatos* extinguere, aut *intercipe* velle, quia *extraordinariam* quandam evacuationem co stituunt; etenim Natura humana in corpore suo non m do *ordinarias*, sed & extraordinarias *inimicas* experit causas, hinc illis causis non tantum per ordinarias meth dos, operationes & evacuationes, sed & per extraordin rias resistit: qui itaque *posteriores* turbat, repellit & int cipit, ille æque *naturæ* vim & injuriam infert, dum ill *singularem* activitatem & providentiam offendit, neq est cur prudens & *peritus* artifex de *sensibili* hoc nego non nisi *mala* metuat consectaria: quando enim talis m dicus *ejusmodi* Hæmorrhoidum statum *dextre* dirigit, subjecta hæmorrhoidalia bonis consiliis & monitis *obte perant*, tunc certius de *iisdem* Hæmorrhoidibus *legiti* succedentibus & recurrentibus, *bona* sperare, quam *m* metuere possumus: ita bonus Medicus sub *Divina* c currente benedictione, neque talium Hæmorrhoid

m

moleſtias neque *futura* offendicula expaveſcit, quia in *ar- is* poteſtate eſt, ut *utraque* præſerventur & *fluxus* Hæ- norrhoidum in *legitimum* ordinem transferatur; cum vi- iſſim *anceps* ſit auſus, *tales* Hæmorrhoides *abſolute* præſer- are velle, ut non modo *moleſtiæ illæ* hæmorrhoidales *præ- ccupentur*, ſed & ut *æquipollens* uſus ab hac *præſervatione*, uam ab altera *promotione* Hæmorrhoidum eveniat, quo- iam in genere *artis* opera haud *ita fructuoſa* ſunt, ac *natu- e* officia exiſtere ſolent: Quodſi enim extraordinaria na- uræ ſalutaria opera per artem intercipiantur, tunc in *ar- uis* aliquando affectibus irruentibus illa natura facile *ſuc- umbit*, dum ad *extraordinarias* operationes *minus* adſue- cta, facilius ſub præjudicioſa *virium* jactura, *victas* mor- o dat manus, ſub qua circumſtantiarum facie dein *fruſtra* titur *ars*, quæ Hæmorrhoides quidem *præſervare po- it*, ſed *langueſcente* natura morbum *per ſe* & *ubique* tolle- haud valet.

§. VIII.

Tertia jam inquirenda & decidenda venit quæſtio, hoc themate explicando perinde *cardinalis*, videlicet, *ando* Hæmorrhoidum præſervatio locum inveniat? *agna* pars *judicii* practici eſt, quo actiones quædam *ne- ſariæ* atque *utiles opportuno* inſtituantur tempore; hinc gula Medicorum eſt *principiis* obſtare: & hæc *tempeſtiva* eratio Præſervationis *anima* exiſtit: quare merito quæ- ur, ſi in negotio hæmorrhoidali *interdum* Præſervatio *oficua* & conceſſa eſt, *quonam* tempore illa ſuſcipienda ? ad *communia* vitia pertinent vel *præcipitantia*, vel *ctatio*: exinde inferimus, quod in *præſervandis* Hæ- rrhoidibus vel *præmature*, vel *ſerius*, adeoque ubique *in- peſtive* operatio inſtitui poſſit, quales errores dehinc *ſenſibili* hoc proceſſu valde *intricata* incommoda & ut- rimum *corrupta* morborum ſchemata cauſari poſſunt olent: *præmatura* actione medica *in hoc* negotio error

D commi-

committitur, quando comparente *generali* & *abstra* propensione in Hæmorrhoides *confestim positiva* auxil ad *præservatoriam* illam methodum spectantia, applica tur, quæ dum *præter* necessitatem adhibentur & obt duntur, *ne quidem* hæmorrhoidale negotium attingu quia illud *speciali* & *proximiori* sua invasione adhuc de & *deficit*, unde corpus quod *hactenus* sanum fuit nu *insanum* redditur; sicut alias regula Salvatoris est, qu *firmi* non indigeant medico, sed infirmi, & si *sani præ* necessitatem medicamina usurpant, tunc utplurim inde *detrimenta* patiuntur: proinde etiam *prænat* talis præservatio sanguinem *hactenus quietum* cum p judicio *commovet*, eundemque ad *anomalas eluctato* commotiones disponit, quæ non modo aliquando in *c* *fusa* hæmorrhoidalia molimina degenerant, sed & *a* *complicatos* conatus hæmorrhagicos, spasticos, conge rios & febriles complectuntur, unde *tota* œconomia ac sanitatis graviter alteratur & *turbatur:* deinde *præ* *tura* talis operatio *nullo* firmo nititur fundamento, si dem aliquis, tanquam *futurus* hæmorrhoidarius *præ* *mi* potest, in quo tamen nulla *firma* & certa h præsumtionis adsunt indicia: *prudentis* enim medici ficium est, ut ad *certam* tendat metam, ne sic currat, ὐκ ἀδήλως nec sic pugnet ὡς ὐκ ἀέρα δέρων, *nimia* en ut & valde *solicita* & *scrupulosa*, officiositate utpluri *medici* plus *officiunt*, quam proficiunt: in quibuscun vero subjectis *hæreditaria* dispositio ad *præmaturam* tuum hæmorrhoidalium invasionem occurrit, in illis *lative* matura præservatio commendanda & suscipie est: neque tamen longinqua *dilatio* vicissim in hac pra vatoria methodo locum invenit: nam si motus hæn rhoidales *firmiorem* fixerunt sedem, *ægrius* minusve *se* penitus aut extirpari & subjugari, aut præservari poss quo *tenaciori* enim nunc conatu ad hæmorrhoidalem

am tendit & *ruit* natura, eo *ægrius* hæc *avocari* poteſt, uin potius talem præſervationem *intricatæ* anomaliæ hæ- orrhoidales, aut *eluctationes* hæmorrhoidales ex *inſolitis* cis consequuntur: id quod etiam certius metuendum t, quando jam motus tales nunc *proximius* ad ipſum flu- um pertigerunt; nam licet *aliquæ* Hæmorrhagiarum ecies talibus *poſterioribus* qualitatibus præditæ, *averti* neant, tamen Hæmorrhoides *huic* methodo haud facile btemperant, ſed potius a via *regulari* deflectunt: Secun- um haſce animadverſiones prudens medicus *opportunum* mpus præſervandi Hæmorrhoides ſeligere debet, vi- elicet quando jam *magis conſpicuæ* & ſpeciales tendentiæ, ſpoſitiones & *conniſiones* ad Hæmorrhoides obtingunt: ein ſi jam *prima* aut *altera* vice tales conatus accedunt, eque *frequentiori* repetitione confirmati aut *obſtinati* dditi ſunt, ſiquidem in *primis* ſuis initiis & incrementis *actabiliores* & communiter *moderatiores* exiſtunt: porro, uando quædam ſubjecta non aliis *complicatis* affectibus ppreſſa ſunt, ne præſervatio illa huic afflictioni valde *æjudicioſa* exiſtat, & ſubinde conatus hæmorrhoidales agis *perturbentur* & exacerbentur, quam præſerventur *avertantur:* nec non quando comminationes illæ hæ- orrhoidales adhuc extra acerbiorem gradum conſtitutæ nt, in quo natura *præſervatoriæ* methodo haud auſcul- t, ſed *rigoroſo* affectu & effectu *ſemel* ſuſceptum conatum oſequitur: quare hoſce *potentiores* conatus Hæmorrho- ales peritus Medicus rectius *prævenire* ſolet: præterea, uando corpus quoad reliquos cauſales reſpectus ita di- oſitum & comparatum eſt, ut nullum *aliud obſtaculum* æſervationem illam impediat, videlicet quando *talis* rtium fluidarum & ſolidarum conſtitutio adeſt, quæ *ure* hanc methodum admittit, ne *alia latitans* cauſa of- ndatur & ſubinde *nova facies* morboſa provocetur, ut *lterius* malum dein præ priori deterius evadat.

§. IX.

In *quarta* nunc quæstione ventilanda, *talia* inqu
renda & indicanda sunt adminicula, quibuscum Hæmo
rhoides *præservari* possunt: illa vero vel in *consiliis*, vel
ctualibus *auxiliis* consistunt; ast dum interdum *mala*,
quivoca & *suspecta*, pro bonis & *salutaribus* commendan
mediis, ita antea *minus* salubria tentamina & medicam
extirpabimus, ne hæc præservatoria methodus, quæ al
satis *delicata* & intricata existit, *sinistros* acquirat faciatq
progressus: Quare in hac methodo *confusa* VSio neq
tempore, neque *loco* justo, neque sufficienti *quantitate*
stituta, neque convenienti *modo repetita*, nocet: & li
V. Sio in *brachio* motus hæmorrhoidales exquisite *diver*
& avocet, tamen *hæc* diversio non *admodum* secura e
haud enim præstat *sensibiles* tales motus ad *superiores* re
ones ducere & invitare, qui in iisdem *gravius* malum f
lius provocare possunt & solent: neque etiam *prodig*
nimis frequentes V. Snes laudandæ, quæ certius *totum* n
ræ *robur* destruunt, infirmant & *œconomiam* vitalem
rumpunt: neque *Scarificationes* approbatione & comm
datione in hoc casu dignæ sunt, quæ præter *imminutio*
sanguinis *directe* motus hæmorrhoidales *haud* alter
quin rectius *præjudiciosas* orgasticas commotiones in
sa sanguinis excitant, quæ deinde cum suspectis *spas*
arthriticis, ischiadicis, nephriticis & successive pod
cis cruciatibus *alternant*: neque *communia* purgantia
servandis Hæmorrhoidibus quadrant, quando eadem
tibus *hæmorrhoidalibus* alterandis & discutiendis ordi
tur, quæ certius hosce motus *exacerbant* & in pern
sum *anomalum* statum conjiciunt: subinde *Vomitoria*,
sursum motus ducere debent, iniqua & *perniciosa* sunt
non modo *vehementer* conatus hæmorrhoidales inva
sed & impetuose in regiones *hypochondriorum*, *pectus*
put trahunt, ut exinde molimina, ad *vomitum cruentum*

te

tinentia, suspectæ *indurationes* hepatis & splenis, *spasmi* diaphragmatis, affectus *asthmatici*, spastici, cardialgici, icterici, hydropici, suffocativi, hemicranici, suspecti vertiginosi, hemiplectici, apoplectici &c. invitentur: neque *positiva* sudorifera regimina & medicamina huc conducunt, quæ *sub spe* distribuendorum aut resolvendorum motuum hæmorrhoidalium, magis *præjudiciosam* commotionem *orgasticam* in Massa sanguinea causantur, unde posthac *alia complicata* & *intricata* pathemata proveniunt: neque porro *Adstringentia* remedia *in hac* causa & occasione locum inveniunt, quæ inique *supprimendo* conatus hæmorrhoidales, *ordinarias* simul *necessarias* evacuationes *sufflaminant*, alvum cum maximo *præjudicio* obstruunt, viscera *abdominis* occludunt, pertinacissima pathemata *hypochondriaca*, colicam hæmorrhoidalem periculosam, affectus contumaces flatulentos, icterum flavum & nigrum, hecticam, hydropem &c. provocant: valde etiam nociva sunt *Narcotica*, quæ maxime ominosam *Flatulentiam*, omnium *ordinariarum* excretionum sufflaminationem & confusionem, pathemata iliaca, tympanitem, hydropem, infarctus & scirrhos viscerum abdominis, asthma periculosum, cachexiam contumacem, affectus paralyticos, œdematosos aliaque *confusa* & *corrupta* schemata *deficientium* & languentium motuum vitalium &c. causantur: neque etiam operosa & diuturna *sanguinis* aliorumque humorum, inprimis succi pancreatici *correctio* commode & *fructuose* Hæmorrhoides præservare adjuvat, quoniam illa utplurimum *verum* negotii articulum & fundamentum *non ferit*, adeoque plane *alienis* effectibus tam *motus* hæmorrhoidales *turbat*, quam *alias* functiones, vitæ & sanitati inservientes, *pervertit*: *Aperientia* remedia, juxta *communem* stilum ita nominata, quæ videlicet *calefacientia* sunt, dum viscera in abdomine *reserare* & motum sanguinis *refluum* in confiniis hæmorrhoidalibus adjuvare, adeoque ominosas

ſtagnationes diſſolvere dicuntur, *in hac* prophylactica me-
thodo plus *nocent* & motus præſentes adaugent, quam mi-
tigant; quod etiam valet de *talibus reſolventibus* & *ſtoma-
chicis* remediis: omnia *coagulantia* media, quæ interdum
quibusdam Hæmorrhagiis opponuntur, in *hoc* caſu æque
ſuſpecta ſunt, dum *proportionem* humorum ad *liberos* mo-
tus valde *lædunt*, inſuper etiam *confinia* hæmorrhoidalia
ſuſpecta incraſſatione perquam turbant, adeoque & *pro-
ceſſui* hæmorrhoidali & reliquo *ordini* vitæ valde *præju-
dicant*: quæcunque *alia* tentamina & medicamina *ordina-
rias* & *moderatas* evacuationes turbant, illa pro *præſenti*
ſcopo valde ſunt inimica: *Thermæ* & *Acidulæ* dum *æqui-
voce* hic & ſæpe alibi operantur & *æque facile* motus hæ-
morrhoidales ad *perfectum* ſucceſſum promovere poſſunt
& ſolent, propterea non facile, nedum *promiſcue* com-
mendandæ aut adhibendæ ſunt: multiplicia denique &
vagabunda experimenta in hac præſervatione æque *inimi-
ca* exiſtunt.

§. X.

Dantur tamen etiam *talia* conſilia & auxilia; quæ in
nonnullis caſibus *ſecure*, moderate, aſt *efficaciter* Hæmor-
rhoides *præſervare* adjuvant, quæ nunc in *proxima* expli-
catione recenſeri debent: Diſtinguuntur vero hæc me-
dia in *conſilia* & poſitiva *auxilia*: illa ſunt, ut homines, qui
aliquam *proclivitatem* ad Hæmorrhoides habent, diæta
modica & *temperata* utantur, ne ſanguinis *ſuperflua* copia
generetur, neve per victum *craſſum* & *frigidum*, per potum
parcum, per *ſedentariam* vitam, per nimios *ſudores*, per
alimenta valde *acida* ſuſpecta *ſpiſſitudo* eidem concilietur,
neve ſanguis *immodicis* commotionibus impellatur, ne ſub
diæta ſubjecta *alvum* & *vias* urinarias valde *ſtimulantia* a-
romatica, ſulphurata, cepæ, allium, armoracia, rhaphani
&c. neve vina *generoſa* exotica & *recentia*-germanica præ-
cipue Misnica & Alſatica, aut Spiritus ardentes, aut ce-

rev

evisia valde saturata & lupulata hiesige Biere usurpentur: uin potius *omnis* opera eo dirigenda est, ut sanguis in *li-ero* & *moderato* persistat motu: adhibeantur etiam sub *iæta talia* alimenta & potulenta, quæ sanguinem in mo-ice *fluida* consistentia conservant, ne ipse facilis sit in *rgasticas* commotiones: proinde talia *diætetica* adhibean-ur, quæ *alvum non* stimulant, neque exsiccant & obstru-nt, sed *lubricam* conservant: observetur etiam *castitas nimi* & *corporis*, quia libido in *hæmorrhoidariis* multum d *motus* hæmorrhoidales provocandos contribuit: ar-eantur omnes *fortiores* commotiones sanguinis; quam b rem quoad *in* & *externum* calorem justum *regimen* ob-ervandum est: evitentur insuper *talia*, quæ *flatulentias* oleštas causari, proinde etiam *regiones* & vicinitates æmorrhoidales *offendere* possunt: opera impendatur, ut *oderato* corporis *motu* ac *labore* ordinato sanguis per *anspirationem insensibilem* ventiletur, quo minus deinde ecesse sit, talia *hæmorrhagica* molimina suscipere: hisce onsiliis si quisquam *exacte* obtemperaverit, *multum* ad *æoccupandas* Hæmorrhoides contribuet: Quod vero *po-tiva auxilia* attinet, tunc *talia* ad *hanc* præservationem uti-a existunt, quæ *leniter* operantur: quæcunque enim *fortius* orpus afficiunt, illa *in hac* necessitate *plus* nocent, quam rosunt: Si itaque *necesse* est, tunc in subjectis *plethoricis*, de *lido* temperamento participantibus, in diæta paululum *bo-n* & *plena* viventibus, sanguinis etiam *efficaciores* commo-ones subeuntibus *tempestiva V. S.* bis, ter imo pro re nata uater singulis annis aut in brachio aut in *pede* administran-a est; deinde in *primis viis* recrementa præcipue *biliosa* non int accumulanda, sed cum decoctis *gelatinosis*, avenaceis, edulo eluenda, cum C. C. raspato & pulverisato, C. C. s. n. Lap. 69 ppt. & citrat. conch. ppt. M. P. ppt. crystall. ont. ppt. Corall. rubr. ppt. temperanda, cum rhabarba-nis, passulatis, prunatis, mannatis, tamarindinatis inter-

dum

dum evacuanda: *cavendum* tamen est, ne *frequentius* al
vus cum *laxantibus* remediis *irritetur:* neque etiam con
ducit pro hoc scopo *aloetica,* helleborina & salina usurpa
re, quæ potius *loca* hæmorrhoidalia sensibilius *stimulan*
porro ad præservandas Hæmorrhoides proficiunt deco
cta *opportuno* tempore ordinanda & seorsim ex herba
summitatibus millefolii, flor. chamomill. offic. papav
rhœad. herb. pimp. sanguisorb. hepat. nobil. passul. maj.
min. & cremor. tartari paranda: ad eundem etiam sco
pum conducit Essent. Millef. Tinctur. Corall. Chamomi
offic. spirit. nitr. dulc. cum Tinctur. Mart. tartaris. qual
mixtura *tunc* ordinanda erit, quando supra dictæ *præp*
rationes therapevticæ adhibitæ fuerunt: præcipue ver
secundum rationalem medendi methodum Hæmorrho
des præservant temperata *diaphoretica,* mitiora *tonica* & s
lecta *sedativa opportuno* tempore propinanda: quare ma
tialia cum temperantibus & diaphoreticis correctis pr
hoc scopo conveniunt; e numero *selectorum* sedativ
rum conducunt flor. chamom. offic. sambuc. aneth. papa
rhœad. quæ præcipue in infusis calidis ordinata opem aff
rent; hisce auxiliis *urgente* necessitate intermiscenda su
secura alia adstringentia cum *temperantibus,* carminativ
lenioribus & *sedativis* securis correcta: proficit etia
mixtura ex Spir. C. C. Tinct. mart. tartaris. Tinct. Cora
Ess. Millefol. Chamomill. offic. Castor. Spirit. nitri du
quæ tunc præscribenda est, quando motus hæmorrhoid
les secundum prædictum ordinem *quadantenus irrue*
videntur: Quibus ipsis *mediis* prudens medicus prædicta
præservationem promovere potest.

§. XI.

Methodus nunc perpendenda & significanda erit, q
Hæmorrhoidum *Præservatio* perfici debet: *omnis* eni
operatio medica non nisi sub *justo ordine* ad *salutarem* te
dit scopum, hinc *confusa* præservatio potius processu

hæm

hæmorrhoidalem turbat ac *corrumpit*; quare cum *magno* medicaminum & tentaminum *cumulo* hæmorrhoidarios obruere velle, *tutum haud* eſt, quin potius convenit, ut antea regulæ *diæteticæ*, in præcedentibus præſcriptæ, obſerventur & in conſtanti ac juſto uſu conſerventur, quo naturales & *ordinariæ* functiones libero & *regulari* fruantur ſucceſſu, ne viciſſim ex *negligentiori* illarum imitatione & exercitatione, medicus conatus *ſiniſtris* & contrariis turbetur effectibus & decurſibus: deinde convenit ut *primæ viæ* repurgentur & *alvus legitime* ſuccedat, ne vel ſuſpectæ *ſtricturæ* & *exſiccationes* vel *acres* & copioſæ dejectiones illam turbent, adeoque per *connexionem* liberum motum ſanguinis in *locis* hæmorrhoidalibus aut *impediant*, aut nimium *affluxum* eo convocent, ut dehinc eo facilius ac *contumacius* evacuatio ſanguinis, ita *moleſti*, ex iisdem locis *urgeatur*: hic *liber* alvi ſucceſſus, ut ante notatum fuit, rectius per *diætetica*, quam pharmacevtica promoveatur adminicula, neque *illo* tempore *ſenſibilius* ſtimuletur, *quo* jam *eminus* motus hæmorrhoidales accedunt, inde enim evenit, ut illi motus propius & *potentius* hæmorrhoidalia ingrediantur loca: porro artificiales *ſanguinis* imminutiones *juſtis* etiam inſtituantur temporibus & quidem illis, quibus *ſolenniores* mutationes in œconomia vitali ſuccedere ſolent, qualia *æquinoctialia* & *ſolſtitialia* exiſtunt: conſultius etiam eſt, ut tales ventilationes *maturius* inſtituantur, *antequam* videlicet conatus hæmorrhoidales *invaſerunt*: etenim *interdum* evenit, ut ſub *tenacioribus* moliminibus *hæmorrhagicis* *V. Snes* adminiſtratæ, dum *pleniorem* ſanguinem quadantenus *minuunt* & progreſſum ſanguinis *faciliorem* & liberiorem reddunt, eo ipſo conatus *præſentes* hæmorrhagicos *allevent*, ut facilius ad *actualem* eruptionem dehinc pertingere queant: quare *illæ* obſervationes haud *raræ* exiſtunt, ubi *eodem* die, quo *V. Sio* fuit adminiſtrata quibusdam ſubjectis *narium* hæmorrhagiæ, aut *Menſes* eruperunt, quando *brevi ante*, molimina quædam, *ad has* evacuationes pertinentia, adfuerunt: neque conſultum eſt *vagabundo* modo nunc in *ſuperiori*, nunc *inferiori* regione *ſanguinem* ſubtrahere, quoniam

E exinde

exinde in subjectis *sensibilibus* facile motus sanguinis *irregularis* redditur, ut posthac *confusæ* quædam commotiones *eluctatoriæ* occupent: hisce præmissis tunc requirente *occasione* & necessitate *reliqua* pharmacevtica adhiberi debent; servata tamen illa *cautela*, ne medicamentosa illa auxilia *nimis sæpe*, nimis *diu*, nimis *multum* ordinentur; quamobrem *illis* temporibus, quibus vel *sponte* motus hæmorrhoidales irruere & appropinquare videntur, *tempestive* prædicta *temperantia*, *tonica* & *sedativa* propinari possunt: servato etiam illo *ordine*, ut temperantia remedia *præmittantur*, imo reliquis indicationibus *interponantur*, ne videlicet *præmature* aut sedantia aut leniora adstringentia usurpentur: præstat verius naturam *lenibus* ducere, quam *rigorosis* & *potentibus* coercere & subjugare: *quamdiu* etiam talia pharmacevtica adhibentur auxilia, tamdiu corpori paulo *parcius* victus præbendus est, ne ob alimentorum *directionem* natura *detineatur*, quo *minus alteri* moderationi obtemperet: quid quod alias in hac præservatione *Abstinentia* magnam utilitatem habet; dum *coacervationem inutilis* sanguinis aliasque vitalium & naturalium functionum turbas *praeoccupat*: haud tamen convenit *acquiescentibus* nunc motibus hæmorrhoidalibus *diutius* medicamentorum usu inhærere, ne *vires* naturales & ordo vitalis per *minus necessarium* artis concursum *enerventur* & perturbentur: interim tamen nonnunquam tali tempore temperatum *cholagogum*, *antispasmodicum*, seri *acrimoniam* corrigens, & *transspirationem* insensibilem conservans atque admonens auxilium offerre licet: postea vero, quando *nulla artificiosa* & pharmacevtica usurpantur auxilia, præscripta *diætetica* consilia atque auxilia *medicam* quandam *analogam* in hac Præservatione securam & *fructuosam* efficaciam perficiunt & continuant: siquidem alioquin in præsenti negotio illa consilia & adminicula, *animum diætam* & *regimen* concernentia *majorem* & *meliorem* utilitatem promittent: si præter sanguinis molestam *plenitudinem* etiam suspecta *spissitudo* insultibus *hæmorrhoidalibus* favet, tunc *ventilata* priori, posterior *lenissimis* mediis *corrigi* debet, quo in casu modicum temperatarum *Acidularum* usum tandem concedimus.

§. XII.

Ultimo denique loco *specialissimas* quasdam *admonitiones* & *cautelas*, in *Præservatione* Hæmorrhoidum prudenter dirigenda, annectere lubet. Quando itaque 1) Medicus Hæmorrhoides præservare cont

t, quæ tamen non modo *adhibitis* adminiculis *non* obtemperant, ſed
otius *moliminibus* ſuis frequentius & *pertinacius inſiſtunt* & continuant,
nc ab *ulteriori* negotii hæmorrhoidalis præoccupatione *abſtinen-*
um eſt: multo minus vero convenit in *tali* caſu præſervationem mo-
ſe urgere, aut *fortiora* adſtringentia, *ſuſpecta* ſedativa, aut alia *æqui-*
ca medicamenta & experimenta obtrudere, qualis *violentus* fermo
odus *peſſimis* effectibus & conſecutionibus acceſſum parat, unde gene-
cæ *corrupti* & *anomali* affectus hæmorrhoidales oriuntur, qui *aliis*
nſiliis & auxiliis *rarius* & ægrius *morem* gerunt: *nunquam* enim ne-
otium *hæmorrhoidale coactionem* talem cum *euphoria* permittit: 2) ne-
ue etiam *conſultum* & ſecurum eſt *promiſcue* illum proceſſum hæmor-
oidalem, qui ab *hæreditaria* diſpoſitione ſuſtentatur, *præſervare* vel-
, cum regulæ prudentiæ & leges artis τὸ ἐπέχειν ſuadeant, ſiquidem
les Hæmorrhoides valde *ſenſibiles* & *pertinaces* ſunt, adeoque *facile*
icui *periculoſæ* offenſioni ſubjiciuntur: neque proficuum eſt *potentio-*
prophylactica methodo tales Hæmorrhoides aggredi, quæ iterum in-
e valde *exacerbantur*: neque ſalubre eſt talium Hæmorrhoidum *abſo-*
utam præſervationem *ſtrenue* & operoſe urgere, ſed *mature* abſtinere,
motus illi hæmorrhoidales valde *renituntur*; in quo caſu rectius *illo-*
um promotioni opera danda eſt, ne *anomaliæ* quædam eosdem offen-
ant & *ſalutarem* illorum decurſum impediant ac deſtruant: 3) quando
orro motus hæmorrhoidales per cauſas valde *potentes* & efficaces, vel-
t per frequentem *aloeticorum* uſum, per prægreſſam *dyſenteriam*, per
rebras *diarrhœas bilioſas*, per *purgantia* ſæpius uſurpata, per immodi-
am *venerem*, per potum frequentem *ſpirituoſum*, per diuturnum uſum
limentorum & ſub diæta adhibitorum ſubjectorum *vias* hæmorrhoida-
es *ſenſibilius* & ſæpius *ſtimulantium*, per *crapulam* repetitam maxime a
mero cauſatam &c. invitati, confirmati & radicati ſunt, tunc *ne quidem*
alis præſervatio ſuſcipienda, multo minus cum auxiliis *fortibus* aut *an-*
ipitibus urgenda eſt, quia *longe certius* talis conatus valde *intricatum* hæ-
morrhoidalem *confuſum* ſtatum excitat: quare *ſtante hac* circumſtantia
hæmorrhoidalis fluxus *placide promovendus* & ab *anomalis* qualitatibus
liberandus eſt: 4) quod ſi etiam *nunc* Hæmorrhoides ad *actualem* fluxum
pertigerint, imo *aliquoties* recurrerint, tunc *fruſtra* artifex cum *præſer-*
vatione ſua nititur, quoniam nunc *motus* hæmorrhoidales *aliqualem*
conſuetudinem nacti ſunt, quæ ægerrime *averti* poteſt: in qua qualitate
illi